Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



Dicendum est de uersi
bus qui fiunt per dominicas noc'
tes. q. per ceteros. vi. dies ebdoma
dae. Per dominicas noctes solem
dicere. Vespertina oratio ascen
dat adte domine. q. descendat
super nos misericordia tua. In ce
teris noctibus. Dirigatur dne ora
tio. Vnam orationem habent iti
uersus. Dominicalis uersus ex sins
uersis monstrat accitari uespertin
nam orationem. Tans enim deba
omnis uersus. ut uel statum offi
cii a memoriam reducat. uel sta
tum offerri temporis. sicut illi fa
ciunt. qui circa passionem dni. q.
resurrectionem cantantur. Cum
uersu offert incensum. quod do
minus precepit. de quo scriptum
est. Adolebit aaron super altare
incensum suaue flagrans. mane
quando componit lucernas. incen
dit illud. et quando collocat eas
ad uesperam. uret tuma sempi
ternum coram dno. Intendat si
mus sacerdos. qui uicem tenet
aaron in ecclesia. quis debeat in
censum offerre dno super altare.
Post hec sequitur ymnus sce
MARIE. Sicut quinq; psalmi
deplorant. quod quinq; sensus
corporis deliquerant. ita ymnus
sce MARIE castigat cogitationes.
que se in a in iactantia extulerunt
in prosperitate. dicendo. Dispersit
superbos mente cordis sui. q.
cetera. Post hunc ymnum per do
minicas noctes in aliquibus locis
dicitur. Kyrie. ut autem romne.
et postea collecta. in aliquibus locis
tantum in collecta. Sicut enim ge
nu flexionem amittimus recoleno
do resurrectionem nostram. ita
ut preces flebiles presentis uite.
quas solemus cum genu flexione
promere. in illis noctibus amitti
mus. In illa enim celesti ierusalem.
ibi resurrectio uera est. q. ime
nulla. precatio. pro miseris exer
cebitur. Qua propter tantum
sequitur collecta. quam solet pre
spiter stando proferre. obrecor
dationem resurrectionis future.
Vespertinum churi finis offi
cii est. q. alterne lucis occasus.
cuius ex ueteri testamento. Sol
lempnis est celebratio. Venia;
hoc tempore. ueterum sacrificia
offerri. adoleri. q. altari aro
mata. & thus. mos erat.
Testis est ymnus de illo regio ac
sacerdotali perfunctus officio.